



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXVII. Casale Benedicti, vulgò Chezaubenoist, in Francia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT LXXVII.

*Casale Benedicti, vulgò Chezaubenoist,
in Francia.*

1098.

Temporibus Leodegarij Archiepiscopi Bituricensis qui sedit anno 1098. fundatum fuit *Casalis Benedicti* coenobium ac dotatum, auctore Andrea, illius monasterij primo Abbate, qui obiit anno 1120.

Est hoc monasterium caput Congregationis reformatæ in regno Gallia. Exstatque Bulla Leonis X. de erectione Congregationis *Casalis Benedicti*, ad instar Congregationis *Montis Cassini*, aliàs *S. Iustinæ de Padua*, reformatæ, data Kal. decembris anno 1516. Sunt autem Abbatia quinque ex reformatione *Casalis Benedicti* in Francia satis notæ: quarum Pontificia Regiaque priuilegia citat Choppinus lib. 2. de Domanio Francia tit. 10.

Ceterum *Casalis Benedicti* Abbates non nisi triennales sunt.

Sub congregatione *Montis Casalis*, quot monachorum, totidē Virginū sunt monasteria, nimirum *Bituricense S. Laurentij*, *Lugdunense S. Petri*, *Niuernense Nostræ Dominæ*, *Iseuriense seu Molinense in Borbonia*, & *Charrentonense in prouincia Bituricensi*: Vide Choppinum lib. 1. *Monasticon* tit. 1. & tit. 2.

(::)

CAP.